



Liber 89. Sub Litt. S. S. No 90.
Regnante Stephano Cancellariatu
Zamoyski.

Annorum

1578.

1580

1581.

М. Ю.

ВАРШАВСКИЙ
ГЛАВНЫЙ АРХИВЪ
ДРЕВНИХЪ АКТОВЪ.

Залъ

Шкафъ

№

34

Полка

3

3

Lacraferm d'nia 16. Marca 1844
Honouytem d'nia 16. Marca 1844.

A

Henry

116

Alc

Faint, illegible text at the top of the page.

Locu
ly
L
I
S
no
habe
me
peli
chie
conu
pita
obro
chie
vlla
dom
cibe
li I
rem
lien
lien
non
ni
Qua
mi
Be
Ie
su
nor
que

Pocillator terrae Halicun, Baltazar Ozga Podstaroszy Zmow.
Ity reka szewa

Litera commutationis praefatorum bonorum.

Stephano
Rege
Ioanne Zamoyjski Cancell.

A. 1578.

80
81.

Reuisiones
Inscrones
Commutores

Sub Iris
S.S.S.

Stephano Dei gratia Rex Poloniae etc. Significamus his literis nostris, quorum interest vniuersis et singulis, earum notitiam habituris, Cum a nobis et ab omnibus regni ordinibus, in proximis praeteritis. Regni nostri generalibus Comitijs, Torunij habitis, petitum esset nomine R^m in Chr^o Patris Ioannis a Sziemo Archiepiscopi, eiusq³ Venerabilis Capituli, Praelatorum et Canoniorum Ecclesiae Metropolitanae, Leopoliensis, et cum illo eiusq³ Capitulo, bona nostra Regalia, in terra Leopoliensi sita, villas scilicet Obroszyn, agrum desertum, Homatycze et Czarka Buj, quas idem Archiepiscopus cum Capitulo suo, in sumis antiquis possidebat pro villa Porzece Archiepiscopali, Nec non sylua, et merca, ac lacu quodam post fluum Nistr iacente, ac summa antiqua pecuniaria circiter Trium Millium in bonis praefatis nostris obligata, Capituli Leopoliensis proprijs et hereditarijs, in perpetuum commutauerunt eam nimirum ob causam, quod bona haec Capituli Leopoliensis, sint bonis et villis nostris ad Capitaneatum Leopoliensem, pertinentibus, vicinia et contigua, illis bonis nostris non modo aequivalentia, sed potiora ac maiora. etiam, illa vero nra, similiter alijs eorum bonis hereditarijs adhaerentia, Quamuis itaq³ videremus rem iustam a nobis peti, Regniq³ nri publicas constitutiones, commutationes bonorum nostrorum Regalium cum bonis subditorum nostrorum modo sint aequales, fiscoq³ nostro et Republica vtilis permittere, Verum quoniam iuxta Constitutionum praescripta legitime bonorum nostrorum cum bonis alienis commutationes fieri nequeant, nisi prius bona commutanda diligenter reuisa fuerint.

Idcirco deputaueramus ex eodem Conuentu Torunensi, de con-
sensu omnium Regni Ordinum, certos Reuisores nostros, quibus id
negotij dederamus, ut perlustrarent et reuiderent, tam praedictas
villas nostras, Obroszin, agrum desertum Homiatice et Czerkaf-
sij, quas memoratus Archiepiscopus Leopoliens, cum suo Capitulo
Prælatorum et Canonicorum, in sumis antiquis possidet, quam ad
eam eorum hereditariam, Porzece, diuam, una cum sylua, merice, a
lacu post flumen Niestr iacente, atq; eorundem bonorum omnium
situs, agrorum positiones, Censuum, proventus, redditus, comoda ob-
uentiones, et quocumq; nomine uocata uniuersi emolumenta
accurate perspicerent, exquirere, iusteq; et legitime taxaret
et aestimarent, ac nos tandem et ordines Regni in proxime ce-
lebrandis Comitijs de omnibus certiores facerent, et si ea com-
mutatio bonorum comode fieri posset edocerent, Illi itaq; re-
uisores ex Conuentu Torunensi, per nos et Consiliarios nostros
Nunciosq; Ferrarum ad eam rem designati, cum eo munere, ita ut
illis commissum erat rite persumpsi essent, nobisq; per literas suas
autenticas, ad eum presentem Regni generalem conuentum perscri-
psissent, Primum quidem quot Censuum et proventus ex Superioribus
nominatis villis nostris, quotannis prouenire diligenter complexi
sunt et aestimarunt, atq; eas bonis hereditarijs, praedicti Archie-
piscopi et sui Capituli contiguas et adherentes esse, significarunt.
Similiter villa quoq; Porzece, mensa Archiepiscopalis nec non
sylua, merice, et lacus ipsorum Prælatorum et Canonicorum Leo-
poliensium hereditarij, quatenus in suis terminis existunt, bona,
census, proventus, et utilitates quacumq;, nullis exceptis dili-
genter, reuiderunt et iustam illorum aestimationem fecerunt, quemad-
modum eius totius negotij series et rationes literis autenticis per
praefatos Reuisores diligenter et fideliter descripta satis prolixè
et abunde testatur. Ex qua nos una cum Consiliarijs Regni nostris,
et Ferrarum Nuncijs, id perspeximus et cognouimus, villam praed-

9
fatam. Porzece, Syluamq; mericam, et lacum, florenos pecunias,
Centum et quinq; et grossos nouem, magis prouentum quottannis
facere, quam predictas villas nostras, nullamq; aliam esse cau-
sam propter quam Archiepiscopus ipse cum Capitulo comutatio-
nem hanc ambiat, quam ipsam viciniam coherentiam. Quam
obrem habito mutuo colloquio et consilio, cum consiliarijs Regni
nostri et nuncijs Terrestribus, in hoc conuentu Warscbouen,
Regni gnali, nobiscum existentibus, adiuuantem et Republicam
propter commoditatem et adiacentiam locorum, utilem, predicto-
rum bonorum comutationem, de consensu communi eorundem Consili-
ariorum et Nunciorum Terrestrium, rite et legitime, cum toties memo-
rato Archiepiscopo et Capitulo Leopoliensi, faciendam esse decreuimus,
atq; iam facimus presenti Decreto nostro, causis superius expres-
sis adductis et permotis, tum et hac quoq; rna, quod idem Archi-
episcopus cum Capitulo, sumas omnes antiquas, in illis bonis nostris
iuste et legitime inscriptas et obligatas, nobis et Republica Re-
gni nostri dimiserunt, donauerunt, Dimittuntq; et donant iam ex
eo tempore per presentes literas nostras, nosq; Successores nostros
Serenissimos Polonia Reges, et ipsam quoq; Republicam, eius
summa nomine, quietant liberisq; et absolutos ab eius solutione
faciunt et pronunciant, nihil sibi et Ecclesie sue Leopoliensi
ad eadem sumas amplius iuris relinquentes et reservantes,
Proinde bona nostra Regalia prefata ab ipso Archiepiscopo Leopoli-
ensi et venerabili suo Capitulo, hactenus in sumis antiquis pos-
sessa, villas scilicet Obrosni, Homiatycze Czerkassij et agrum desertu
in terra Leopoliensi consistentes, ita late longe, circumseuerentialiter
ut in suis metis et limitibus, ab antiquo continentur, cum omni lu-
re, dominio, proprietate et titulo hereditario, nobis et Successori-
bus nostris ac ipsi Republice, tam ratione predictorum bonorum,
quam etiam respectu fundorum et prouentuum ex eisdem bonis
nunc et in posterum prouenientium, et quoquomodo exegerint eorundem

nihil iuris, proprietatis, domini, aut cuiuslibet alij pretextus
et coloris relinquendo: tam in genere quam in specie, ita quod ge-
neralitas specialitati, et specialitas generalitati in nullo de-
rogent, praedicto Archiepiscopo Leopoliensi, nunc et pro tempo-
re existenti, et Venerabili Praelatorum et Canonorum Ca-
pitulo, quia potius Ecclesiae Metropolitanae Leopoliensis iure
perpetua et firmissime commutationis, pro villa Porzece
mensa Archiepiscopalis hereditaria, nec non sylua merica, la-
cu, et summa memorata pecuniaria Capituli Leopoliensis he-
reditarijs, cum omnibus et singulis memoratarum villarum nos-
trarum et agri deserti, visibus, commodis, et emolumentis, iuris
et titulum vera et inviolata hereditatis, auctoritate nostra
Regia et conventus praesentis, damus et conferimus, irrevoca-
biliter, perpetuo et in aevum, praesentibus literis nostris, Similiter
vero P^{ri}mus Ioannes a Sziemo, Archiepiscopus Leopoliensis
praedictam villam suam Porzece, pro villa nostra Obroszju
et agro deserto, Venerabile aut Capitulum, Praelatorum et Cano-
nicorum Leopoliensium, Sylvam mericam, lacum et summam
pecuniariam memoratam, sua hereditaria pro villis nostris
Czerkaszij et Homiatice, cum omni iure, dominio, et proprietate,
tituloq; hereditario, ita late, longe et circumferencialiter, pro
ut ipsi eadem bona possidebant, et nostri Revisores superius memora-
ti, omnes illorum attinentias, pertinentias, proventus et utilita-
tes, quocumq; nomine vocatas, nobis perscripserunt, nihil pro se
et Ecclesia sua, iuris et proprietatis reservantes, eodem commu-
tationis irrevocabilis iure, nobis Serenissimis Successoribus nos-
tris Poloniae Regibus, et ipsi quoq; Reipublicae Regni nostri
dederunt et contulerunt: Tantq; et conferunt eodem tenore.

literarum. Quae quidem praefata bona, villam videlicet Obroschyn et
 agrum desertum Archiepiscopus Leopoliensis, nunc et pro tempo-
 re existens villas autem Czerkassy et Homiatice Capitulum
 Leopoliense, nostro et legitimo commutationis iure, sibi dar-
 tas, veluti iam hereditarias, tenebunt, habebunt, possidebunt,
 uti fruentur, vendent, donabunt, commutabunt alienabunt, et
 sicut illis melius et utilius expedire videbitur, in usum su-
 um conuertent, temporibus perpetuis. Atque iam ab eo tempo-
 re remittimus praedictum Archiepiscopum cum suo Capitulo
 ad iudicium Terrestre Leopoliense, coram quo iuxta con-
 stitutiones Regni, eas commutationis literas, publicent atque
 ab eo iudicio Ministerialem terrestrem ad intromissionem
 in praefatas villas et agrum desertum, petant et accipi-
 ant, ut eis Ministerialis villicus Obroschyn et agri deserti
 Archiepiscoporum ac item villarum Czerkassy et Homiatice Ca-
 pitulo Leopoliensi, realem intromissionem et aequalem possessio-
 nem, uti veris hereditibus, in perpetuum ius et titulum here-
 ditarium, secundum hanc commutationem det ac tradat, praefer-
 tui cum illi quaeque praedominata bona sua, in ius hereditar-
 rium, iam ab eo tempore nobis et Republicae Regni nostri, tri-
 ceserunt et tradiderunt, ac summam praefatam trium milli-
 um florenorum dimiserunt. Haec autem omnia superius expressa,
 uti cum bono et commodo Republicae et nostro quoque ac ius-
 te legitime et rite facta vigore et auctoritate huius Re-
 gni conuentus, cum consilio et consensu Consiliariorum Regni,
 et Nunciorum Terrestrium, approbamus et confirmamus robore
 debite et perpetuae firmitatis habere volumus et decerni-
 mus. In eorumque omnium indubiam fidem et eundem ac

immortale testimonium, presentes manu nostra subscripsimus
et appensione sigilli Regni nostri signari iussimus. Actum et
Datum Warschawie in Comitijs Regni generalibus die quar-
ta Mensis Martij. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo,
Septuagesimo, Octavo. Regni vero nostri Anno Secundo. Ste-
phannus Rex. ff.

Revisio bonorum Magestatis Regie villa Koszcielow, sortisq; in Dulsanow et bonorum hereditariorum infrascriptor

Acta sunt hæc in villa Bruchowicza, Nobilium Alberti Patrici, Anne Sze-
miatowska, et Zopbie Virginis, filiarum Chometowski hereditaria,
per Magnificum et Generosum, Stanislaum Stadnickij de Smugrod Castel-
lanum Sandecens, Ioannem Swiercki Tribunalium Trembowicem, et Iacobu
Wierzbinski Canonicum Leopoliensem, et Sacra Regia Magestatis Secreta-
rium, feria secunda post festum Sancti Mathei Apostoli proxima Anno
Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Octavo. Presentibus ibi-
dem Generosis et Nobilibus. Nicolao et Petro Zawisze, Iohanne Narb-
niowski, Stanislae Klepaczki, Mathia Bilinski, Gabrielo Koliczku: Ioh-
anne Narwickij, Andrea Sawlowickij, Iohanne Volskij, Stanislae Romanow-
skij Ministeriali terrestri. Et alijs quam plurimis fide dignis circa infra-
scripta personaliter existentibus. Coram quorumquidem Magis et Gene-
rosorum Remisorum Residentibus, ex parte dictorum heredum villa Bruchow-
wiczka tum et aliorum villa Dulsanow, productæ sunt literæ remissionis
Sacra Regia Magestatis in toto salve, quarum tenor est talis.

Stephannus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae
Masoniae, Samogetiæ et Princeps Transilvaniae. Generosis Stanislae
Stadnickij, Castellano Sandecens, Iohanne Swierckij, Tribunalium Trembowicem,
Iacobo Wierzbinski Canonico Leopoliensem, et Secretario nostro, fidelibus nobis
dilectis gratiam nostram Regiam. Generosi fideles nobis dilecti. Expositu

est apud nos et Regni nostri Ordines, in presenti Conventu generali Warszawienſi,
nobiscum exiſtenti, nomine Nobilium Alberti Gomentowſkij, Annæ Szymiatowſ-
ka, et Zophiæ virginis, Nobilis olim Joannis Gomentowſkij, filiarum, Venceſlai
Naraiowſkij, et Nicolai Brzozowſkij, inundate Magnificum olim Joannem
Fierlicy de Dambrowiſka Pallatinum et Generalem Cracowienſem, Regni noſtri Po-
loniæ ſupremum Marſcalem Roſatinenſis et Capitaneum erectione piſcinæ ad
oppidum noſtrum Fierlicio ad Capitaneatum noſtrum Roſatinenſem, pertinenſem, ab illo
in uſum et comodum Reipub: recentis extincte, magnam partem fundi illorum her-
editary ad villas Duſſanow et Brzandowicze pertinenſem, petitiuſque a nobis fu-
it ut vel fundum illum hereditarium ex inundatione piſcinæ ipſius occupatum
reſtituere et liberum facere, vel in eius locum bona noſtra Regalia fundo illi
æquivalentia ſortem uel in Duſſanow nos concernentem, ac ea quoque quam memora-
ti Magiſteri Joannis Fierlicy ſucceſſor ibidem iure hereditario poſſident, cum omni-
bus bonis ad easdem ſortes pertinenſem. Tum etiam totam et integram villam
Kofciemio quam ad præſens iure aduſualitatis in ſummis pecunijs antiquitus
obligat Nobilis Catharina Czernyeczynſka. Nobilis olim Joannis Czer-
nyeczynſkij relicta uidua poſſidet commutationis iure ipſi dare dignaremur.
Nos itaque et ſi iuſtam hanc eorum petitionem eſſe uideremus, ne tamen quide-
piam eo in negotio re prius incognita egiſſe uideamur uſum eſt nobis mo-
dum legibus Regni noſtri publicis ea de re præſcriptum ſeruare. Reuſoras
ſcit primum dare, qui fundum illum piſcina noſtra occupatum, tum et bo-
na noſtra quoque memorata ac ſortem in Duſſanow præſatorum Magiſteri Joan-
nis Fierlicy ſucceſſorum hereditarium luſtrent quantitatemque et quali-
tatem eius perpendent, ac nos tandem et Regni noſtri Ordines in proxi-
me celebrandis generalibus Regni Comitibus edocerent, quid hoc in negotio
nos conſtituere ac facere æquum eſſet. De conſilio itaque et aſſenſu Ori-
dinum Regni, nunc in eo Conuentu nobiſcum exiſtenti Fierlicis, quorum fi-
des integritas, et in rebus agendis eximia peritia nobis incognita non
eſt hoc ipſum reuſionis negotium demandandum eſſe exiſtimauimus,
uti ſane demandamus atque comittimus per præſentes literas noſtras, in-
iungentes eiſque ut communicato conſilio temporeque aliquo competenti et opportu-
no delecto et ſibi aſſignato, ad bona ſuperius nominata conueniant, atque

eadem diligenter ardeant lustrent perpendant ac etiam dimetiantur, ac tam-
dem nos et Regni ordines in proximo Conventu generali Regni, siue ipsi presentes
siue etiam per scripta sua doceant, si commutatio hac nobis et Republice
commoda et utilis vel saltem minus damnosa futura est. Et qua ratione quoque
fieri deberet. In qua re conficienda volumus Fidei vestras in primis ratione
habere bonorum nostrorum et Reipub: ne scilicet quippiam Comissum hoc in ne-
gotio esse uideri posset quod in eorum damnum et incommodum vergeret
Pro officio et gratia nostra aliter non facturi. Datum Varschouia in Comi-
tibus Regni nostri generalibus die prima Mensis Martij Anno Domini
M.D. LXXVIII Regni nostri Anno Secundo Stephanus Rex. Producent
quoque I literas Mandatorum Sac Regie Mtatis ad Temutarios bono-
rum reuidentium inter sua scilicet contra Mag^{cu} et Generos Andream Opalinski
de Brin Regni Poloniae Supremum Marsalem Rosatinens^q Captum
et eiusdem piscin^g Fierlicouien possessorem, Nicolam Castellannum
Biecen², Andream Joannem Pebrum et Henricum Fierlicy, de Dambrowic
icza dⁿⁱ Mag^{cu} Joannis Fierlicy de Dambrowicza Palatini Crac filios
et successores illa prefata Dusanow unius sortis heredum, Alterius
vero iure aduitalitatis a Sacra Regia Magestate habite possessor ad atten-
tam expeditionem huiusmodi Reuisionis a Sacra Regia Alte emanant
quas literas mandatorum hic pro insertis habere uoluerit. Et post pro-
ductionem horum omnium affectauerunt ut Generosi Reuifores vigore lite-
rarum Sacra Regia Magestatis Reuifionis illi comisse ad negotium
huiusmodi Reuifionis exequens procederet. Generosi vero Reuif-
fores prefati uisus literis Reuifionis Sac Regia Mtatis, tum et Manda-
torum ad Temutarios et heredes supra scriptos bonorum reuidentorum,
commutandorum in presentia Administratorum huiusmodi bonorum ibi-
dem personaliter existentium etiam ad negotium hoc legitime uisat
existens satisfacionem faciens, literis Reuifionis et Mandati Sac Regia
Mtatis ante omnia fundata et legitime publicata ut iuris est iuris-
dictione sua Reuiforali, aduocata ad se commutata tota prae expressis
rum Villanum et aliorum plurimorum hominum senum proborum fide
dignorum ex uillis certioribus, receptoq; ab eis iuramento super re-

ram et iustam demonstrationem qualitatis et quantitatis fundi inundati, tum etiam comutandi, proventuumque et emolumentorum omnium ex tali fundo siue bonis provenientibus, hoc negotium revisionis per Sacram Regiam Magestatem sibi commissum modo et ordine infra scripto expedient. Et hoc tantum ratione et respectu moderne et pro nunc existens inundationis non aut futurae, si ulteriolem et maior postea per superiorem aggeris et obstaculi praefatae piscinae Furluioniensis elevationem accederet. Item facile non tantum talia commoda fundi, sed et totas illas hereditates in infimo loco sitas inundare possit, de quo dicti heredes in posterum fraudando protestati sunt. In primis. Ex demonstratione praefatarum omnium partium in hereditate villae praefatae Drzubovicze praenominatorum Nobilium Alberti Patruj et Annae Syemjathowska ac Zopbiae virginis Chometowskij filiarum eius pars fundi et pratorum eadem piscina inundati longitudinis fere decem stadiorum, latitudinis autem quinq; visa et diligenter perspecta est. In quibus pratis comparari possunt quotannis Artum femi Sexaginta. Quilibet autem artumus femi computatus flor. quinq;. Proveniunt quotannis floreni trecenti. Summa proventuum Drzubovicze facit floreni trecenti. Abinde Pretereundo flumina Lyba, ad fundumque et hereditatem praefatae Villae Duffanow Magnifici et Generosorum Nicolai Castellani Biacen^{is}, Andreae, Ioannis, Petri et Henrici Furluion^{is}, nec non Alberti, Annae Syemjathowska, Zopbiae Virginis Chometowskij ac Venceslai Narajowskij et Nicolai Drzewoskij tenente et hereditarium venientibus. Ibidem simili diligenti inquisitione quantitatem pratorum in eadem hereditate villae Duffanow sitae longitudinis ad quartam partem miliaris latitudinis autem sex stadiorum eadem circumquaque circummeundo visa et lustrata sunt. In quo spatio pratorum quotannis falcestrari et comparari solent et possunt artumi femi centum et viginti. Quilibet autem artumus pensatur florenis quinq; facit florenos Sexingentos. Summa proventuum villae Drzubovicza facit florenos Trecentos. Summa proventuum sortium villae Duffanow facit florenos Sexcentos. Summa coniuncta facit florenos Novingentos. Postea procedendum ad sortem Sacrae Regiae Magestatis in praedicta villa Duffanow sita Tenentiae eiusdem Magnifici Nicolai Furluion^{is}

Castellam Biceam, Cuius sortis ea commoda et proventus esse diligenter in-
quisiti et perspecti sunt. Cmetbonnes possessionati in medietatibus Lanconum
residentes quinqs. Quorum quilibet quotannis ratione census annualis
et redemptionis laborum penderet et pendet per flor decem. Pop rittus
greci similiter in medietate Lanconum residentis pendet quotannis Census flor tres
Provenit quotannis in Cmetbonibus et Popone flor Quingaginta tres.
Agrorum desertorum ibidem Lanconum quatuor cum medio, in quibus ex datione
Skopy dicti seminatur. Provenit quolibet anno Skopy frumentorum
communis grani Casule quingaginta. Triturantur autem ad mo-
dium mensura Robatineis casula tres. Proveniunt modij sedecim. Quis
libet autem modius venditur floreno uno. Faciet flor sedecim.
Predialium autem agrorum tanta quantitas in qua possunt seminari quot
annis frumentorum communis grani tam pro hyeme quam pro aestate
Modij Mensura Robatineis quadraginta. Crescunt autem ibidem
frumentorum omnium communium Casulae trecenti. Pro quolibet autem
modio mensura Robatineis tritulantur Casulae tres. Proveniunt
Modij Nonaginta novem. Venditur autem quilibet Modius floreno uno
faciet flor Nonaginta novem. Sunt et prata ad eandem
sortem pertinenz in quibus comparantur quotannis feni artum tres
Artumus autem quilibet taxatur florenis quinqs facit florenos quinqs
decim. Pertinet quoq ad eandem sortem silvarum et Mericarum
non exigua quantitas habens protractionem in longitudinem ex una
parte ad granicies Podriselucelije et Bagowstye. Ex altera
vero parte ad granicies villa Klewsczowka. Sacre Regie Altatis
ad Capitulum Robatineis spectant. Intermediante ibidem locis pla-
nis pro extirpatione camporum aptis. Cuius silvas usus non nisi pro ser-
ptura et calefactura convenit, qua circumquaq visa et lustrata est
Summa proventuum ex sorte Sac Regie Altatis facit florenos Cen-
tum et Octuaginta tres. Item Accedentes ad sortem ptauto-
rum Magnifici et Generosorum Nicolai Castellam Biceam, Andree
Ioannis, Petri, et Henrici Furlieio hereditarium in praefata villa
Duffanow iacentem. Eadem sorte diligenter examinata et perspecta
est. In qua sorte quoniam nulli alij proventus extant praeter Cme-

thones sex possessionatos residentes in medietatibus luncorum. Quorum
 Cmetbonum cuiuslibet proventus annualis ratione census et laborum redem-
 ptorum pensati ad florenos decem. Pronemunt floreni Sexaginta. Summa
 coniuncta ambarum sortium villa Duffanow: tam Sacra Regia Magestatis
 quam Generose Fiedlicow facit flor. Ducentos et Quadraginta tres.
 Tandem Ventum ad aliam villam Sacra Regia Altis. Hozienow. ad pres-
 ens per incursionem Tartarorum proxime preteritam desertatam Tenite et
 possessionis Generose Catharina Eziemyerzynska, uxore uiris sui aduitas
 Licij a Sac Regia Alte habidi in summisq; antiquis ibidem ipsam concernent,
 de quibus uiribus eius ad dicta bona, sollemnis protestatio ex parte ipsius
 ibidem facta est. Post factam autem protestationem per eandem ibidem per-
 sonaliter circa annum Reuisionis existens iuxta literas Mandati Sac Re-
 gia Magestatis in eo negotio ad se dat. Protractionem circumferentiale
 villos eiusdem esse quartam unam miliarie scilicet in longitudinem, in una par-
 te ad granties villa Lomzyu ad Capitaneatum Robatinen, pertinens et
 Aruntum dictum Swyda intermedio earundem hereditatum profluens. In alia
 autem parte ad granties villa Wolkow concurrere declarauit et commo-
 strauit: eademq; totalis protractio deambulata et perspecta est. Cme-
 thones autem ante desertationem ibidem residebant tres quilibet in medietas
 te lanej. Extant luncu in culti Cmetbonales unus cum medio. Sunt etia
 am agri pradiates in quibus possunt exseminari frumentorum omnis grani
 tam pro hieme: quam pro estate Mody Mensura Robatinen, Traginta
 Pro quantitate autem eiusdem feminationis crescentur casula Centum et
 quinquaginta. Triturantur item Casula tres pro quolibet Modio mensura
 Robatinen. Pronemunt Mody Quadraginta quinque Quilibet modius pens-
 satur florens Uno, facit florenos Quadraginta quinque. In pratis aut.
 ibidem quotannis possunt elaborari femi artumi tres. Artumus quilibet
 hec taxatur florenis quinque, facit florenos quindecim. Piscina quoq;
 Una cuius demissio quolibet anno quarto venditur flor. Vigniti.
 Diuidendo ad tres annos eodem viginti flor faciet proventus pro quo-
 libet anno flor Sex Gross sex Denar 12 Summa omnium prouentuum villos

Kościenow flor Sexaginta sex, grossos sex, Denarios .12. Summa
omnium bonorum commutandorum tam Sac Regia Altis. q̄ et Generosorū
Fideliorū hereditariorum facit flor Trecentos et nonem Grossos sex,
Ex quoquidem negotio Reuisionis pro ut supra expressum est diligen-
ter et exacte peracto et examinato quoniam maiora et uberiora
commoda et proventus ex fundo et hereditate inundata q̄ ex bo-
nis Sac Regia Altatis. et Generosorum Fideliorū hereditariis
commutandis prouenisse quotannis compertum et declaratum est.
Ideo ea omnia prefati Generosi Dm Reuisiones Sac Regia Altatis
domino suo clementissimo significans, testificans, et recognoscens
censensq̄ commutationem huiusmodi bonorū aequam iustam et con-
sonam cum summoq̄ comodo Sac Regia Altatis et Republice esse.
Ad A. Ann. hunc Reuisionis in euidentibus testimonium horum omni-
um sigilla sua imprimi fecerunt Actum et Datum Anno die et loco
quibus supra. Stanislaw Stadniczky Castellani Sadeeczky reha sua
Ioannes Scursky de Rumamow Tribus Siemlo manu propria. Iacobus
Wierzbinskiy Canonicus Leopoliens, Sac Regie Altatis Secretarius.
Piotr Kafzowskiy Sedzja Lubelsky marzalek poszelsky mlasna
reha sua.

**Comutacio bonorum Altatis Regia uilla
Kościenow sortisq̄ in Duilianow pro bonis
hereditariis inscriptis, facta Warscha-
uie in Conuentu generali Regni. Anno
1. S. 7. 9. ~**

STEPHANVS Dei gratia Rex Polonie, Magnus Dux Lithuania
Rusie, Prussie Masouie Samogetie, et Princeps Transilua-
nie. Significamus his literis nostris quorum interest uniuersis et sin-
gulis earum notitiam salubituris. Cum superioribus Regni nos-
tri Comitibus hic Warschauiam quoq̄ ante biennium celebratis, quere-
rentur apud nos et Regni nostri Consiliarios ac nuncios quoq̄ Terrestres

Nobiles Albertus Chometoufky, Anna Szymyatkowska et Zofia virgo Nobilis
 olim Ioannis Chometoufky filia, Venceslaus Naraioufky et Nicolaus Brzo-
 zowfky de inundato aquisq; piscina nostra, a Magnifico olim Ioanne Fier-
 ley de Dambrowicza Palatino et gnati Grae. ac Regni Poloniae Marschal-
 co Rohatinsq; Capitaneo, ad Oppidum Fierlicio in Capitaneatu nostro
 Rohatins ab eodem Magnifico Ioanne Fierley fundata et erecta, in com-
 munitatem Reipublicae extracta, immenso et occupato, fundo illorum ha-
 reditario ad villas ipsorum Duffanow et Brzuchowicze pertinente. Poterentq;
 simul, ut, vel fundum illum ipsorum hereditarium exundatione istius piscinae
 nostrae immersum, destructa disiectaq; illa piscina, siccum reddere, ac illis libe-
 rum dimittere, vel in locum illius, si ad nobis uideretur ac Reipub: expedi-
 ret, bona nostra Regalia, ipsorum bonis memoratis vicina et contigua, sortem
 uidelicet in Duffanow nos concernentem, tum et eam quoq; qua a memorati
 Magnifici Ioannis Fierley successoribus, iure hereditario ibidem possidetur
 cum omnibus bonis ad easdem sortes pertinentibus, nec non totam et inte-
 gram villam Kofezianow, quae nunc a Nobili Catharina Nobilis olim Io-
 annis Czemyerzysky relicta uidua iure aduitalicio una cum summis
 in eadem villa antiquitus inscriptis, possidetur, quandoquidem fundo illi
 suo aquis occupato aequivalentia esse uiderentur, iure utriusq; commuta-
 tionis dare dignaremur. Cumq; accederent quoq; eadem de re preces
 successorum praefati Magnifici Ioannis Fierley Palatini, qui se se ab
 illis ipsis superius commemoratis Nobilibus, nomine immersionis et oc-
 cupationis eorum istius fundi, magnis difficultatibus iurisq; anfractibus
 implicatos et irretitos esse, conquererentur, seq; ab illis explicari et
 liberari petebant. Nos cum omnibus Regni nostri Ordinibus,
 in eo tum Conuentu nobiscum existentibus, rem hanc in deliberati-
 onem publicamq; consultationem proposueramus, atq; competentem habentes,
 piscinam illam, si explicandi illius fundi gratia dirui ac in nihilu
 redigi deberet, sine maximo damno fructuumq; Capitaneatus Rohati-
 nis haud parua imminutione destrui non posse. Placuit nobis pro-
 posita de commutatione facienda conditio. Tamq; cum amplexi essemus
 mens auctoritate illius ipsius Conuentus gnatis Warschawens de

unanimi consensu omnium Regni Consiliariorum ac nunciorum Terrestrium,
dederamus ex praescripto Constitutionis publicae de faciendis commutatio-
nibus adita certos reuifores, qui fundum illum aquis piscinae nostrae im-
mersum, ac item supra scripta bona omnia, quae memorati Nobiles loco
fundi sui sibi concedi expecebant, viderent, eademque conferret, ac nunc
aequivalentia sint, fructusque qui ex eis proueniunt ac proueniri possent,
aequales essent, indicarent, et considerarent, quidque ea in re nos et Re-
gnum nostrum Ordines in futuris Comitibus decernere ac statuere oportere-
ret, nos edocerent, eiusque totius rei rationes abunde et luculenter nobis
aperirent. Illi itaque Reuifores nostri, cum munus hoc sibi iniunctum
cum ea qua par est fide, studio ac diligentia peregerissent, nobisque et Re-
gnum nostrum Ordinibus in praesenti Conuentu Varsouiensi existentibus
litteris suis authenticis, omnia ea quae ad cognoscendas istius rei ratio-
nes pertinebant, accuratè perscripserunt, significaueruntque fundum me-
moratum, supra scriptorum Nobilium hereditarium, aquis piscinae nos-
trae occupatum, multo maiores fructus adferre solitum fuisse ac fere-
re quoque posse, quam illa ipsa bona omnia nostra, ac sortem etiam
memoratorum Magnifici Ioannis Firlicy hereditariam in Duffas-
wa consistens, eamque ipsam commutationem bonorum nostrorum
profundo illo maximo cum commodo ac fructu Reipublicae futurum esse.
Quod quidem abunde patet ex ipsorum Reuiforum litteris quas nos
in Acta commutationum Cancellariae nostrae inferere mandauimus.
Habito itaque ea de re cum Regni nostri Consiliariis publico consilio,
expetentibus hoc ipsum à nobis nuncijs Terrarum, sequuti fidem et
iudicium Reuiforum eorum, ad uidenda bona haec ex superioribus Comitibus
deputatorum, uerè Generosorum Stanislawi Stadnickij de Zmigrod
Castellani Sandecensis. Ioannis Siworsky Tribuni Trembowliensis,
et Venerabilis Iacobi Wierzbinsky Canonici Leopoliensis Secretarij
nostri, commutationem eam cum memoratis Nobilibus Alberti
Chomętowsky. Annae consortis Nobilis Vincenty Szymiatkowski
sky ac Zophiae uirginis, filiarum et successoribus Nobilis olim
Ioannis Chomętowsky ac Veneslawi Naraionsky et Nicolao

Brzozowsky modo infra scripto faciendam esse duximus. Et quidem iam
 auctoritate presentis Conuentus gnatis Regni, de consilio, assensu et vo-
 luntate tam Consiliariorum quam nunciatorum omnium facimus. Ita nimi-
 rum, quod fundus ille omnis memoratorum Nobilium quacumque ratione
 et modo ad illos pertinens, aquis piscinae nostrae praefatae ad Oppidum
 Fierliczow in Capitaneatu Rosatiniensi sita, immerfus et occupatus, iam dein-
 ceptis perpetuis temporibus, noster succorumque nostrorum Poloniae Regum ac
 Reipublicae erit, nullaque postmodum de illo ab illis ipsis Nobilibus eorumque
 successoribus aut quouis alio controuersia et contentia excitari debe-
 bit. Etiam si successu temporis eueniat illum quavis ratione siccum et
 aquis vacuum reddi. Non debet autem Capitaneus noster Rosatiniensis
 nunc et pro tempore existens aggerem piscinae istius altiore et cumu-
 latiore facere ne maior ob id inundatio fieret et ne ulterius fundi eor-
 um Nobilium submergantur. Proque fundo illo toto et integro in villa
 Duffanow aquis piscinae nostrae immerfo eorum Nobilium haereditario
 sortem in villa Duffanow nos concernentem, tum et eam quoque quae a toties
 memorate Magnifico Ioannis Firlicy Palatini successoribus iure haer-
 editario possidebatur, quamque nobis Magnificus Nicolaus Firlicy
 De Dambrowicja Castellanus Pieceni, Curiaeque nostrae Referendarius
 et Casimiriensis Capitaneus suo et aliorum cohaerentium suorum nomi-
 ne concessit et donauit memoratis Alberto Chometowsky Anna
 consorti Vincenty Syemyathowsky ac Zopdiae Virgini filiabus
 et successoribus Nobilibus olim Ioannis Chometowsky Venestao
 Naraiowsky et Nicolao Brzozowsky omnibus in genere, villa
 vero nostram Koszulinow deserta pro fundo villae Brzuchowice de
 memoratorum Chometowsky haereditario, ipsis Chometowsky
 omnibus Ita tamen ut cum Nobili Catharina Czemyerzyska
 istius villae Koszulinow tenuitricis de iure suo aduitalicio quod
 super villam hanc habet, nec non de sumis quoque pedda antiquis-
 tus in eadem villa inscriptis, amice componant et transigant. Ita
 late, longe, circumferencialiterque, veluti in suis metris et limitibus ab an-
 tiquo bonis haec omnia clauduntur, cum omni iure, dominio, proprietate et

titulo hereditario, fructibusque, proventibus, emolumentis et redditibus omnibus ex eis bonis provenientibus, nobis et successoribus nostris ac ipsi etiam Republica, tam ratione bonorum predictorum quam fundorum et proventuum quorumvis ex eis nunc proventuum et post modum proveniendorum, nihil iuris, domini, proprietatis, propinquitatis, ususfructus ac interesse, aut cuiuslibet pretextus et coloris reservando et relinquendo, superscriptis Nobilibus omnibus eorumque successoribus, iure perpetue et firmissime commutationis in eis et titulum verae et inuidatae hereditatis auctoritate nostra Regia et presentis quoque Conventus generalis, damus et conferimus irrevocabiliter perpetuo et in eorum presentibus literis nostris. Ea ipsa bona omnia ydem superscripti Nobiles omnes eorumque successores, veluti iam verissimi et certissimi illorum haeredes tenebunt, habebunt, possidebunt, ydemque utentur et fruentur, eorundem quoque vendendorum, commutandorum, donandorum, alienandorum, obligandorum, et ex arbitrio suo in quemvis usum suum convertendorum, liberrimam semper una cum successoribus suis habebunt potestatem. Neque unquam nos aut Serenissimi successores nostri eorum bonorum nomine memoratos Nobiles ac eorum posteros quacunque ratione et modo molestaturi sumus. Jamque ab eo tempore remittimus predictum Albertum Chometovskij Amiam consortem Nobilis Vincentij Syemyathouskij ac Zophiam virginem filias Nobilis Olmi Ioannis Chometovskij, Vincentij Nam Naraioukij et Nicolai Brzozovskij ad iudicium terrestre Leopoliensium. Coram quo iuxta praescriptum Constitutionis, hoc praesentis Conventus Regni Decretum publicent, atque ab eodem iudicio Ministerialem Terrestrem sine generalis ad intromissionem in bona praefata faciendam, petant et accipiant. Qui Ministerialis bonorum omnium superscriptorum illis commutationis nomine concessorum realem intromissionem et actuale possessionem, ceterisque hereditibus in perpetuum in eis ac titulum hereditarium vigore istius commutationis, dabit, tradet, et assignabit. Cum illi quoque per Nobilem Albertum Chometovskij suum plenipotentem et mandatarium suum, praenominatum fundum omnem piscina occupatum, iam exinde nobis et Republica concesserunt et tradiderunt in perpetuum. Dantque, concedunt, et tradunt per praesentes.

sententes.

16

sentis literas nostras nihil iuris ac interesse sibi amplius ad eum fundum
totum reservando. Quae omnia et singula superscripta ceteri cum bono Reipublicae
publicae iustitiae legitime, rite, ac debito ordine facta et constituta iure
re et autoritate eius praesentis Conventus Gnatis Regni, cum consilio et
assensu Consiliariorum Regni, Nunciorumque Terrestrium, approbamus et con-
firmamus. Neque ea quoquam aliquando quavis ex causa rescindi, cassari,
aut immutari posse declaramus, declaramus, ac statuimus. Ac in eorum om-
nium fidem luculentiusque testimonium praesentes manus nostra subscripsimus
et appensione Sigilli Magestatis nostra muniri mandavimus. Actum et
Datum Varsaviae in Conventu Regni nostri Gnati Die Ultima Mensis Decem-
bris Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Nono Re-
gno vero nostri Anno Quarto. In praesentia omnium tam Regni quam
Magni Ducatus Lithuaniae Consiliariorum tum Varsaviae congregatorum,
quam nunciorum quoque Terrestrium. Datum per manus Magnifici Ioan-
nis Zamoyssky de Zamoczze Regni Poloniae Supremi Cancellarii, Belzen-
sis Miscedinensis, Zamechenensis Capitanei Senae nobis directi.

Stephano Rex. fff.

Actus Revisionis bonorum infrascripto- rum Regis ex una et gnatorum Ioannis et Iacobi Podlodoivskich harrorum partibus ex altera.

vj. Acta sunt haec feria secunda post festum Ascensionis in caelum Christi Domini, pri-
mo in Civitate Radomien, deinde diebus subsequen, in locis infrascriptis usque ad de-
terminationem negotii printis. Anno Salutis humanae Millesimo. Quingentesimo.
Octingentesimo. Coram Magnificis et Generose Andrea Fierlicy de Dambrowi-
cza et in Lanowycz herede Lublincen ac Sandomirien, Petro Kloczewsky de
Kloczew, Zambichosten Castellano Ac Malogosten Optis, Ioanne Dieikowsky
de Dieykon Napifero terrae Przemysliensis, Remisoribus, ad negotium infrascriptum,
per Sac Regiam Altarem, auctoritate Conventus Regni gnatis Varsaviae,
proxime praeteriti de Consensu omnium ordinum Regni datis, et deputatis,
Praesentibus tunc Gnates Martino Taleczky succarum Sivadien et benita-
rio Gostinem, Petro Podlodoivsky de Przytych et alijs multis circa

premissa exantibus, Ministerialibusq; terrestribus, Joanne Koperwas de War
czya et Gregorio de Zapolowioze. Coram quibusquidem Dominis Revisi
ribus, Gno. Joannis et Jacobus Podlydowski de Przytyk, filij olim Ge
nerosi Stanislai Podlydowski Dapiferis terra Sandomiriensis. Reproduc
xerunt literas Reuisionis, et Comissionis Sac Regis Altatis Dni Dni
clementissimi, Quae sunt clara uoce lecta, et quarum tenor est talis.

STEFANUS Dei gratia Rex Poloniae, Magnae Ducatus Lithuaniae, Rusiae, Trans
siae, Masouiae, et Princeps Transiluae. Generosi Andreae Furtuy de Dam
bronisza Inblinensi, Petro Kloczowski Zawichostensi, Castellanis Capita
neq; Malogostensi, et Ioanni Bieyhowski Dapifero Premisliensi. Tid: nos
bis dilectis, Gratiam nostram Regiam, Generosi fidi dilecti, Intelle
ximus factam fuisse permutationem, per Serenissimum Sigismundum Augu
stum, felicis recordationis Praedecessorem nostrum, cum Gno. olim Sta
nislao Podlydowski Dapifero Sandomiriensi, bonorum proutunc Regar
linum villarum Blyzoczyn, Blyzoczkanolija, Mleczkow et Maroufzan
ny, pro bonis hereditarijs pro aduocacia uelut Radomiensi, et pro iudi
lis Dzierzkow, Golebion, et Wolya Golebioniska, Postea successu tem
poris, promulgata constitutione in Conuentu Regni Generali Petri
conuocato celebrato, de permutationi eorum in ualiditate quae essent
cum Detrimento Republicae ad id cognoscen, cum certi Reuisiones vigore
eiusdem constitutionis publico deputati ad ea bona permutata uisissent,
mortuo interim praefato Stanisla Podlydowski, filijsq; suis proutunc
in Confinibus Moscouiae militantibus, a domoq; longe absentibus,
Magnificum olim Joannem Lutbomirski tunc temporis Capitaneum
Radomiensi, ut accepimus familia Podlydoworu infensissimu, ea bona,
quae a generoso Stanisla Podlydowski, in partem Serenissimi praede
cessoris nostri Sigismundi Augusti, iure permutationis ceperat, ex
integro, prout facto opus erat, per eos ipsos Reuisiones non finisse
cognoscen, quinimo partes bonorum quae reuidebantur eorundem
prouentus studiose suppressit. Quo factum esse postmodum ut
cum in subsequen conuocato regni Lublim celebratis, Ex conuoca
sione per Reuisiones, bonorum permutatorum. Eorundemq; prouentum

facta, cum inaequalitas appareret, Decreto comiciali eam permutatiōem fuisse
 cassatam, Factamq; irritam. Porro nunc in p̄ntibus regni Comicyo, cum nun-
 cyj Terrestres a nobis id expeterent, ut omnes in genere permutaciones quas
 essent ex illegitimis reuisoribus cum p̄iudicio alterius partis factae, de-
 nuo reuiderentur, Specialiter vero cum pro Ḡrafis Iacobo et Joanne Podlodow
 skye partes suas interponerent, neq; interpellarent, ut vigore istius Conuen-
 tus Regni Ḡnalis ad certos Reuisores nostros, eam prouinciam deffere di-
 gnaremur, qui iterum ad bona praedicta per eorum parentem, cum Sere^o olim
 Sigismundo Augusto permutata, descenderent, eademq; bona fide reuider-
 rent, si forte aequialencia sibi essent, ut permutacio eorum alioquin resis-
 sa in Comicyo proxime futuris haberetur rata. Exponerentq; nobis
 idem nuncij Terrestres eorundem Podlodouiorum nomine posteaq; fuisse
 dicto comiciali permutacio praedicta cassata, eosdem Podlodowskiē a de-
 functo Sere^o Sigismundo Augusto Rege, Aduocatiā Radomiēn̄ vil-
 lam Dzierzhow, Golembow, et Wolia Golebioufska, ad se iure heredita-
 rio pertinen, quae ex permutacione ea Capitaneatum Radomiēn̄ iam e-
 rant adiuncta repetuisse, necum ex ea causa restitutionem illorum obtine-
 re se non potuisse, quod idem felicis Recordationis Sigismundus Au-
 gustus Rex uideret, manifeste Capitaneatum et Ciuitatem Radomiēn̄is
 illis quae ex parte Podlodouiskis, ad Capitaneatum Radomiēn̄, modo
 permutacionis acceperant, earumq; commoditatibus a gre posse carere,
 Et praeterea alia eorundem Podlodouiorum bona hereditaria, quae per
 commutacionem ab eisdem, defunctus Rex uolebat acquirere, esse multo
 tum bonis nostris Captus Radomiēn̄ vicina, et optima. Itaq; in super
 idem Nuncij Terrestres dicerent offerre se eosdem Podlodowskye, si cor-
 ram Reuisoribus nostris, demuo, ad id negotium deputatis, inaequalitas ⁷appareret
 illius permutacionis prioris, ultra p̄e expressa bona quae ex parte pa-
 rentis eorum Captus Radomiēn̄, ea ut p̄refertur commutacione
 sunt adiecta, et alia uel totam et integram sortem suam bonorum her-
 editariorum uille Piotrowice, bonis nostris uille Iellna contiguam, et
 ex commutacionis sortis syluarum, cum nostris syluis, propter ferarum latib-
 ularia et uenaciones nobis per opportunam in Supplementum ad aquis

invalenciam faciendam permutacionis concedere. Nos ab equi et iusti-
ratione non alienum nos facturos rati considerantes, non tantopere
eam permutacionem e re Podlodiavor, quam ex nostra commoditate
esse, eoq; habito respectu, quod ea Podlodiavorum hereditaria bona,
quae ex priori commutacione cum ipsorum parente facta, Capitaneatus no-
stro Radomien[sis] sint adiuncta, ipsos restituere non posse, de consilio, et
assensu Consiliariorum Regni nostri, ac nunciorum Terrestrium quosdam
tate conventus Regni gnatis moderni ad negoty Fidei caestris de
quorum fide et industria non dubitamus dandum et committendu[m]
duximus, prout damus committimusq; presentibus. Mandam[us] eisq;
ut pro tempore, ex mutua combelligentia captato, citra tamen mo-
ram et tergiversacionem omnem, ad prenotata omnia et singula bo-
na, quae utrinq; in permutacionem pro utraq; parte cesserunt, eant,
eademq; uocato, ad id negotium Capto moderno Radomien[sis], per li-
teras innotescatur exacte reuideant, perlustrent, qualitatemq;
et quantitatem illor[um], cum omnibus et singulis proventibus suis,
nullis exceptis, neq; ab alterutra parte suppressis, in quo summan
contellam adhibeant, considerent, et num ea prior permutacio
sit nobis et Reipublice utilis, sibiq; in equivalencia ex utraq;
parte bonorum permutatorum respondeat et iuste ne fuerit cassata
in Comityb[us] Lublinen[si] nec, ne agnoscant. Et si in Actu eius
Revisionis caestra apparen[te], eius commutacionis utilitate, inae-
qualitas aliqua forte apparuerit, per Commutacionem et assignacionem,
utrinq; bonorum pro nobis, fundorum pro fundis, tra[ct]u, pro tra[ct]u,
ut eandem iusta aequalitas permutacionis: tam ex parte
bonorum Podlodiavor[um], quam etiam ex parte bonorum nostro-
rum Regalium, debite concludi, terminariq;, et deffiniri possit,
rationem competentem ibidem in re presenti cognitioni et oculis
subiecta inean[te], et in eo negotio eo modo procedant, idq; totum
demum quod reuiderint, perlustrauerint, cognouerint, atq;

quomodo in eo negotio processerint, quidue faciendum putauerint
 inscriptam speciatim, sufficienter, et expresse redigant. Et pro
 conclusione eius permutacionis, facienda ad proxime subsequen-
 tia comicia Regni, eum Actum Reuisionis suae, ad nos, ea qua de-
 bent fide referant. Secus omnino Fui. cura ne fecerint. Pro gra
 nostra suaq; debita erga nos fide. Datum Warschonia in Conuentu
 Regni gnati die XXII^o Mensis Decembris Anno Domini M^o
 D^o LXXIX Regni nostri quarto. Ex Commissioe Sac^{ae} Regiae
 Altatis propria. Stephanns Rex fecit. Vigore qua-
 rum litterarum petierit, ut domini Reuisores iurisdictionem suam suam
 darent, seq; competens reuisores bonorum pra^{er} expressorum pronunciarent,
 ac ulterius in eo ipso negotio procederent. Domini itaq; Reuisores
 inhaerens literis reuisionis praefatis in praesentia parcium infra scriptu-
 rum Generosorum Ioannis Podlodowsky suo et Iacobi fratris sui, ubi
 in ea causa Actor, et instigancium ex una et Generosi Nicolai Ro-
 sbanowsky Virecapitanei Radomien^{is} Magnifici Andrea Zborowsky
 de Zborow Curia Regni Marschali de Radomien^{is} Capitanei nobis
 Ann proconsulis et consulum ac Ciuium Ciuitatis Radomien^{is}, in collar^{is}
 villarum Dzierzhow, Golebio, woliya Golembiowski ex altera pars
 tibus ad terminum pro die hodierna illis per litteras innotescerant
 ipsorum Dominorum Reuisorum Ac per Mandata Sac^{ae} Regiae Altatis
 praefixum et assignatum se agnoscerent, praemissaq; in manibus sibi ab
 Actoribus ut iuris est, data et posita agnoscerent, iurisdictionem suam
 Reuisorialem fundauerunt, seq; legitimos huius negotij peractores
 et exequutores pronunciauerunt, prout hoc Ministeriali terrestri praef-
 tato Ioanni Koperwas de Waclyn clara et sonora uoce proclama-
 re iusserunt. Quod idem Ministerialis ius coram Dominis Reuisor-
 ebus reddens se fecisse recognouit. Postea ipse Podlodowsky

Reproduxerunt literas Serenissimi olim Sigismundi Augusti Regis
commutationis, cum patre olim ipsorum Generoso Stanislao Podlowski
Dapifero Sandomiriensi honorum Aduocatis Raden, omniumque eius
